ZUSAMMENGESETZTE HANDSCHRIFT: HRABANUS MAURUS. TURGOTUS DUNELMENSIS. PS. ORIGENES. HERIGERUS LOBIENSIS. RATRAMNUS CORBIENSIS. IOHANNES CASSIANUS

12. Jh. Seite 46v

Quelle: https://manuscripta.at/?ID=36524
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift



uoluntate et diffinitione nondubius. erga salutē coniugis.
omnē mentis sollicitudinē curāq; conuertit. eamq; ad desi
deriū. quo fuerat ipse succensus simili cepit exhortatio
ne ꝓuocare. et ut hoc deo parit̄ in scīmonia et castitate
seruirent. diurnis nocturnisq; fletibus admonere. dicens
conuersionē melioris uite nequaquā eē ~~lenitanda~~ differenda. quia
necessitate subite mortis. uana spes in mature non pre
iudicaret̄ etatis. quippe que infantes. pueros. adolescen
tes. pari ut senes sorte preriperet. VIIII.

CVMQVE in huiusmodi obsecratione iugit̄ persistenti. con
iux durissima non preberet assensum. seq; diceret
solatio maritali ꝑ etatis sue flore penitus abstinere n̄
posse. ac proinde siquid deserta ab eo criminis ad
misisset. illi potius adscribendū qui coniugii federa
disrupisset. Adhec ille cū diu conditionē nature pre
tendisset humane. quā fragile et incertā. periculosū eēt
carnalib' desideriis et operib' diutius implicari. adiciens
astruebat. n̄ licere cuiq; eius se boni extorrē facere qd̄ didi
cisset. maiorisq; eē noxie despicere cognitā. bonitatēq;
incognitā non amare. Proinde se iam reatu et iā ꝑuarica
tionū inuolui. si inuentis tam preclaris tamq; celestibus
bonis. terrena ac sordida pretulisset. ad omnē sane eta
tē omnēq; sexū ꝑfectionis magnificentiā ꝑtinere.
et uniuersa ecclie mēbra. ad conscendenda sublimiū me
ritorū celsitudinē ꝓuocari dicente apl'o. Sic currite
ut cōprehendatis. nec ꝓpt̄ lentorū et segniū moras. pa
ratos atq; alacres debere subsistere. cū rectius sit ut de
sides a precurrentib' incitent̄. quā ut properantes are
sidentib' obligent̄. Proinde statutū sibi decretūq; esse.
renuntiare sclo ac mori mundo. ut uiuere posset deo.
Et si hanc beatitudinē nequeat optinere. ut cū sotia sua
inconsortiū transeat xpi. malle se et cū unius mēbri dis